

THE DESCRIPTION OF THE WORLD^s BY MAFFEO POLO SENIOR
dare & predicto marco paulo nepoti meo in yperperis Trecentis quinquaginta de
quibus habeo cartam ex quibus habere debeo terciam partem & alias duas partes
habere debet predictus marcus paulo nepos meus Et anseletus habitator constanti-
nopolis tenetur michi & predicto marco paulo in yperperis viginti quinque de quibus
predictus marcus paulo habet cartam Et marchesinus berengo tenetur michi &
predicto marco paulo in libris quadrigentis pro tanto(?) de quibus denariis recepimus
a paulo berengo filio eiusdem marchesini sagias Octuaginta sex de musclo & de
residuo habere debeo terciam partem Jtem volo & ordino quod omnes predicti
denarii & denarii de coliganciis seu eciam omnes alij denarii quos recipere debemus
a quacumque alia persona quocumque modo exigantur quam cicius fieri poterit
non prospiciendo ad lucrum siue ad utilitatem aliquam De tribus meis curtinis
de seta dimitto vnam suprascripto marco paulo nepoti meo vnam cuppam de
argento vnum uestimentum quod fuit condam marthe uxoris mee vnum tapetum
vnam cultram de blauo & meam capsellam Jtem dimitto suprascripto marcolino
filio suprascripti Nicolai paulo secundam Curtinam Jtem dimitto suprascriptis
Stephano & Johanino paulo Terciam curtinam Jtem dimitto filiabus suprascripti
marci paulo libras den. ven. quingentas & libras Centum de meis imprestitis Jtem
dimitto libras den. ven. Ducentas de meis imprestitis in vtilitate uel aptacione
Ecclesie sancti Nicolaj de murano sicut uidebitur suprascriptis meis conmissariis
Jtem volo & ordino quod omnia alia que habeo quocumque modo tam in auro
quam in argento seu mercimoniis & eciam tam in pannis de seta quam in pannis
a meo uestire & qui fuerunt a uestire condam marthe uxoris mee preter predicta
& alia que superius dimitto suprascriptis stephano & johanino nepotibus meis
vendantur quam cicius fieri poterit & de ipso precio & de omnibus aliis denariis
quos haberem tempore mortis mee primo & principaliter persoluantur omnes
predicte mee dimissorie seu omnia predicta legata que pro anima mea dimitto et
eciam rectum decimum seu omnes dimissorie que pro anima reputantur uel reputari
posunt Proprietas mea & suprascripti marci paulo fratris mathei paulo filiorum
condam Nicolai paulo olim fratris mei et eciam predicti Nicolai paulo nepotis
mei posita in confinio sancti Johannis cristomi pro indiuiso terre & case cooperte
& discooperte tota est posita karati vigintiquatuor, de quibus - karati quatuor cum
dimidio sunt predicti Nicolai paulo nepotis mei & eius heredum, vt in Carta
diuisionis continetur Et reliquorum karatorum decem & nouem cum dimidio
remanencium medietas est mei & altera medietas est suprascripti marci paulo
nepotis mei fratris condam suprascripti mathei paulo defuncti, que eis remansit a
predicto Nicolao paulo olim fratre meo De predicta autem parte mea suprascrip-
torum karatorum decem & nouem cum dimidio tocius suprascripte proprietatis